

CENSURA.

EX speciali mandato Eminentissimi, Celsissimi ac Reverendissimi D. D. Sigismundi de Kollonitz S. R. E. Presbyteri Cardinalis, S. R. I. Principis, & Archi-Episcopi Viennensis, diligenter pervolvimus, & acuratè examinavimus Libellum, cui titulus: *Früchten des Marianischen Birn-Baums*; in quo plures, ac singulares recensentur gratiæ per intercessionem B. V. Mariæ, cujus sacra Imago piè recollitur in *Wolffesthal* Filiali Ecclesiæ Parochialis Hainburgensis. Cum ergo recensitas in eo gratias miras, ac omnino singulares suis attestatis (quibus tamen non alia fides adhibenda, quàm quæ Decreto Urbani Papæ VIII. permittitur) conformes invenerimus, nihilque in iis, quod sacre Religioni adversaretur, deprehenderimus; ea propter ad fidelium devotionem augendam, cultumque B. Mariæ Virginis magis promovendum, approbari, ac typis mandari posse censuimus die 9. Augusti 1749.

JOANNES BAPTISTA
DEMBSHER, Archi-Epi-
scopalis Curiae Chori-Ma-
gister, & Consil. Consist.

ADAMUS DVERTITSCH,
SS. Theologiæ Doctor, Eccle-
siæ Metropolitanae ad S. Ste-
phanum Curatus.